



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 169. Si nunc bono pretio vendantur, v. g. salpæ, & Titius omnes emat,  
ut factâ earum penuriâ cariùs vendat, an hoc monopolium sit illicitum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

periculum non accipiendi pretium, docent cura  
aliis Dian. p. 1. t. 8. R. 57. Less. I. 2. c. 25. n. 33.  
aliique 20. apud Moy. t. 1. t. 6. d. 6. q. ult. n. 6.  
Item ob periculum sumptuum vel molestiæ, quæ  
probabiliter timetur futura in obtinendo postea  
pretio, uti cum communi docent S.Thom.opusc.  
73.c. 10. Sot. Bannez, Prado, Moy: n. 7. Steph. t.  
4. d. 9. n. 66.; videri tamen potest fls. t. 4. d. 2.  
n. 402.

Q. 169. Si nunc bono pretio vendantur, v.g. sal- 946  
pe, & Titius omnes emat, ut factâ earum penuriâ ca-  
rius vendat, an hoc monopolium sit illicitum. R. Salas  
& alii affirmant: & quidem esse contra iustitiam  
docent Ang. Silv. Nav. aliique cum Laym. I. 3. t.  
4. c. 17. n. 41. & Spor. n. 103., Rationem dant 1.  
quia sic injustè compelluntur emptores ad au-  
gendum pretium. 2. Injustè subducitur Reip.  
pretium medium & insimum. 3. Talis potest pu-  
niri ob talē suppressionem mercium. Econtra  
dicunt non esse contra iustitiam Mol. Turr. Bo-  
nac. Fill. Less. I. 2. c. 21. dub. 20. Castrop. d. 5. p. 34.  
n. 6. Dicast. I. 2. t. 9. d. 3. n. 164. Tambur. I. 8. t. 3.  
c. 7. §. 11. n. 11. Burgh. cent. 2. cas. 19. fls. n.  
403.; imò nec esse contra charitatem docent  
Mol. & Lugo d. 26. n. 177., dummodo id faciat  
solus Titius, non inducendo ad hoc etiam alios,  
& supposito, quod id lege non prohibeatur, nec  
ideo notabile damnum causetur Reip. Ratio ho-  
rum est, quia ita fecit Joseph in Ægypto Gen. 41.  
neque talis impedit alios, quominus etiam e-  
mant, si velint; & differendo venditionem in  
aliud tempus, utitur jure suo. Ad 1. rationem in  
oppositum negant compelli, sed liberè jam e-  
munt carius, quod neglexerunt antea emere vi-  
lius.

liūs. Ad 2. & 3. N. assumpt. Hęc sententia probabilis, sed prima videtur probabilior, nam sicut colligere omnes merces in ordine ad indēcendam inopiam & augendum postea pretium, est re ipsa facere monopolium auctoritate privata, quod jure Gentium videtur esse illicitum.

947 Q. 170. Quid dicendum sit, si Mercatores conspirent non vendere minoris, attamen adhuc intra limites justi pretii. R. Aliqui dicunt non esse contra iustitiam nec contra charitatem, uti refert Castrop. n. 3., quia non excedunt pretium justum, nec charitas videtur obligare ad abstinendum à lucro, ne proximus patiatur damnum, alioqui semper vendendum esset minimo pretio: Econtra tamen Lugo n. 176. tenet sententiam oppositam, vocatque communem, quia licet non pecces sic vendendo, tamen peccas suadendo id reliquis, sicuti ordinariè non peccas, si non des eleemosynam pauperibus, peccas tamen, si suadeas aliis omnibus, ut non dent.

948 Q. 171. Quomodo vendor teneatur vitium, re mptor pretium mercis manifestare. R. §. 1. Si vitium sit ita manifestum, ut quivis facile possit advertere, S. Thom. Sot. Mol. Laym. & alii recte dicunt non esse opus manifestare, dummodo vendatur intra fines justi pretii, etiam considerato illo vi- tio, sibi enim imputet empor, quod non atten- derit: si tamen advertere non posset ob imperi- tiam vel aliam invincibilem ignorantiam, do- cent AA: communiter cum Castrop. d. 5. p. 22. n. 7. Spor. n. 67. fil. t. 4. d. 2. n. 400. fore obliga- tionem manifestandi, quia respectu hujus em- ptoris est, atque si esset vitium occultum.

949 §. 2. Si vitium occultum grave obster tan- tum